



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm
Crvcifixvm**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

Vtitur Crucis signo, vt vas lethifero potu plenum reddat salutare.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55065)

CRUX
signum
vite.

in quo pestifer potus habebatur accumbenti obrulissent, ille, vt benediceret CRUCEM formans, ita id confregit, ac si pro CRUCE, lapidem in vitreum poculum iecisset. Intellexitque protinus vir Sanctus, quia potum mortis habuerat, quod CRUCEM, signū vite, portare non potuit. Tū placido vultu menteque tranquilla insidiatores suos alloquens dixit: DEVS vestri misereatur, Fratres, quare tam nefarium scelus patrare voluistis? ite & Patrem vestris convenientem moribus querite, quia post hac habere me minimè potestis: sicque ad locum dilectæ solitudinis est reuersus.

S. Gregor. lib. 2. Dialog. Surius 21. Mart. Baron. Not. Martyrol. & 10. VII. Annal.

AMATOR CRUCIFIXI

utitur Crucis signo, ut vas lethifero potu plenum, faciat salutare.

HOS tentauit S. IOANNES Apostolus, & cecidit è voto. Nam cum ei oblatum esset poculū vipereo spumans veneno, ille interritus sūpsit, & cum signū CRUCIS expressisset, magno fortiq; animo toxicū hausit, & nihil prorsus sensit: fuitq; poculū salutare. Siquidem mirati circumstātes, DEVM laudarunt, & Apostolum verum DEI seruum prædicarūt.

Vita xxvii. Decemb. Sur. Gras. Alij. VI.